

²¹
B2281

1.62

LYVM
DIVINIS AVSPICIIS
ET
COMMVNIBVS SVFFRAGIIS

ADMODVM REVERENDVS CLARISSIMVS ATQVE
DOCTISSIMVS

DN. MATTHIAS MARTHIVS

GYMNASII PATRII HACTENVS RECTOR MERITISSIMVS
AD OBEVNDÆ IN ECCLESIA DEI, A. C. QVAE IN LIB.
REGIAQUE CIVITATE PISONIensi COLLIGITVR SA-
CROSANCTA MYNIA

ELECTVS
AD DIEM XV. CALEND. AVGVSTI
A. R. S. M DCC XXI.

IENAE THVRINGORVM IN TEMPO S. MICHAELIS
SACROS ORDINES SVSCIPERET
PIETATM SVAM TESTABANTVR
QVIDAM EX

CIVIBVS HVNGARIS.

LITTERIS RITTERIANIS.



D Vm volucres pedibus pulsarent terga Leonis
Solis equi, tactus radii solaribus aér
Vreret, aefluo nimium stimulata calore
Caprarent valles animalia; dumque colonis
Hordea, triticeos foetus & grandia farra,
Excultum multo cum foscere redderet aruum: (a)

Tum Dominus messis (b) Moderator & Arbitrus orbis,

MATTHIAM lectum communī forte Ministrum, (c)

Ad sua rura vocat canas praescindere spicas; (d)

Tumque Sacri Coetus moderandas tradit habens

PISONII, ut populum magna cum fruge gubernet,

Atque probos mores doceat regnare per vrbum.

Tollat in immensum quantumvis Graia vetustas,

Argolicis quondam minitantem incendia castris

Hectora, Pariamidas, & Romi superba trophacis

Commemoret Decios, Fabios, geminosque Catones,

Pompeiosque duos, Adfertoresque Camillos,

Caefareamque domum, quorum virtute per orbem

Subruta regna iacent, tot pari ex hoste triumphi.

Nos tamen obiicimus merito majoribus aulis

Insignes pietate Viros, quos cognita virtus

Extulit, & meritos sacrūs praefecit habenis

Rex Superum. Hos non ambitio, nec flulta cupidio

Regnandi longe trans aquora, transq[ue] remotas

Tethyos ambages, non teclaque gloria fuso;

Sed celestis amor doctrinae pectorē clausus,

Ignis ad instar, & alma fides exercita factis

Impulit, infintis tot adire pericula vitae;

Quot non Aeneas, nec notus adiuit Ulysses.

Si nunc Cecropias relegas secreta senectae,

Discutias quidquid Latium mandauerit aevo;

His virtute parés nullos memorabis in orbe,

Nec plures numero poteris numerare triumphos.

Horum

(a) Matth. XIII, 8. (b) Matth. IX, 38. (c) Act. I, 26. (d) Ioh. IV, 35.

Horum sub pedibus fasces curvasque fecures,
Tot reges posuisse, manus vietasque dedisse
Tot numero gentes, totidemque trophya per orbem
Parta, legas veterum Patrum monumenta recludens
Confignata stylo; (*e*) numero quo^t nulla videbunt
Lufra, nec ignota relege^r sub nube vetus^{as}.
Belligeri Graci, his fortis cessere Latini,
Gens Arabum cessit, cessit gens confusa Nili,
Cedunt Armenii, cedunt Persaeque, Scythaeque
Germanusque ferus, cedit durusque Britannus,
Quin etiam sedunt latitanus monstra barato,
Atque cohors Erebi Stygiis immerita tenebris. (*f*)

Mirandum! indomitas gentes tot, tantaque regna
Martia; que nullis cessere furoribus hostis
Succubuisse Viris, nullis vtentibus armis,
Quam sermone Dei. (*g*) Diuinis legibus omnes
Sponte sua voluisse vti, quaqua pater orbis,
Doctrinamque Dei cultumque suisse receptum. (*b*)
Scilicet, hi pietate, fide, non robore nixi
Tot numero populos detentos faucibus Orci
Adserere Deo. Dicant hinc Secla futura
Indomitum nihil esse pio, (*i*) tutumque nocenti.

Hunc vis nulla domat ferri, non fulminis ignes
Terrent, cuncta pati promitus, nullumque recusat.
Discrimen tentare sui; non dura viarum
Non incerta mari, Lybiae squalentis arenas
Audebit superare pedes; & quidquid Auerni
Coniurata cohors Stygiis innixa catenis,
Cumque suis furoris, fuctus lacertibus vris
Saevi, & pardis laelis, tentauerit orbis,
Nil infans ager, quatiens ferientque ruinae
Impavidum. Rident Phalaris fabricata dolori
Aera; nec infans horrescit adire leones
Mens pia fida Deo; nam sic de morte Triumphos
Dicit, & ex ipsis lucrat prœmia, poena.

Quilibet haec animo reputet: Sic itur ad astra
Per varios casus, per tot discrimina vitae. (*l*)
Et licet Eoas late dominere per oras,
Occiduasque plagas, croceos tibi Tmolus odores,
India mittas ebur, molles sua thura Sabaci;
Si non iussi Dei; si non vestigia Christi
Velle sequi fatigas; si blandas vincere seculi
Illecebras, mentisque vagas componere fluctus
Non valeas; si praua cupis; si duceris ira,
Peccati patiere iugum, tolerabis iniquos
Interior testes. Hunc esse putato laborem,

Hoc

(*e*) Tertullianus aduersus Iudeos Cap. VII. p. 164, ex edit. Iac. Pamelii Paris. Eufr.
Demonstr. Evang. Lib. VI. p. 12. Epiphanius Haeresi XXI. §. 31. p. 102. Arnobius Lib. II.
p. m. 50. Conf. H. Grotius de Ver. Reli. Christ. Lib. II. c. 18. p. m. 133. (*f*) Acta.
XVI. 13. (*g*) 2 Cor. X. 4. (*b*) Col. I. 13. (*i*) Marcij X. 22. (*l*) Adel. XIV. 11.

Hoc virtutis opus pulcrum, se vincere posse,
Pulcrius indomitas, quam bello subdere gentes.

His virtute parentum superum Rex milie probatum
Tentatunque modis, facratis destinat aris
MATTHIAM MARTHVM, quem non statione mouebunt
Imbris, nec pluviae, nec fœna minantibus austris
Fulmina, non ferrum, non vis, non lerna malorum.
Non sumus, quoniam vobis incedere possimus.

Nam sincera fides multis exercita factis,
Non fecut alfulum rapidis totum ignibus aurum,
Doctrinae & celestis amor, pietatis & almae
Continuum studium, regnant sub pectori iunctim.
Iste poterit facere multum prodesse catedrae,
In communione iubet si quid, censeque tenendum;
Primus insfa subit; tunc obseruantior aqui
Fit populis, nec ferre negat, quam viderit ipsum
Auctorem parere sibi. Proverbia dicunt:
Regis ad exemplum totus componitur orbis,
Mobile mutatur semper cum Princeps vulgus.

Nam neque Parthorum gazae, neque diuitis Indi
Munera, compounit animum pietatis eugenum,
Discordemque sibi. Quid enim pietate remora,
Doctrinae sterili profundi secreta iuabant
Scrutantem semper? veluti sine remige puppis,
Vel Lyra, quae reticet, vel qui non tendunt arcus.

Verto stylum: pietas nobis iam grata laborem
Imperat, vt meritos votis celebreremus honores,
Quotquot Salanas studiis celebramus Athenas
Pannonii Cites, Numen celeste rogamus:
Si felix, faustusque diu modereris habenas
Pisonii coetus, verbi moderanæ sancto:
Efingas animos hominum meliore metallo;
Sufficiat robur; munus successibus ornet:
Difficiles facio soletur honore labores.
Porro Deum precibus, tenad si Sydera palmis
Oramus, vigeat patriis pax redditia terris
Constanter: Christi tot tempestibus actam
Conauitam reueleret; tum gaudia festa litabunt
Turgebuntque pio coetus penetralia plausu.



Ung VI 4

(x 2743293)

ULB Halle
006 310 079


3



6017
6018

me Dynasta,
ancta domum.
rgia cedant,
agenus.
Mystam,

e manu.
micis,
e chori.
coetus,
us, atque



277

DIVINIS AVSPICIIS
ET
COMMVNIBVS SVFFRAGIIS

V I R

ADMODVM REVERENDVS CLARISSIMVS ATQVE
DOCTISSIMVS

DN. MATTHIAS MARTHIVS

GYMNASII PATRII HACTENVS RECTOR MERITISSIMVS
AD OBEVnda IN ECCLESIA DEI, A. C. QVAE IN LIB.
REGIAQE CIVITATE PISONIENSI COLLIGITVR SA.
CROSANCTA MVNIA

ELECTVS

AD DIEM XV. CALEND. AVGUSTI

A. R. S. M DCC XXI.

IENAE THVRINGORVM IN TEMPLO S. MICHAELIS
SACROS ORDINES SVSCIPERET

PIETATEM SVAM TESTABANTVR

QVIDAM EX

CIVIBVS HVNGARIS.

LITTERIS RITTERIANIS.